

pitulo gerenti vices episcopi, ut præbendam alicui conferat, si creatus episcopus, nondum executo mandato, et ad eum spectet collatio præbendarum, illud adimplere tenetur.»

(28. Sede episcopali vacante, quid possit facere capitulum, et quid non: *Vide*, verb. **BENEFICIA**, art. 4, verb. **CAPITULUM**, art. 3, et verb. **VICARIUS CAPITULARIS** per tot.

(29. Vacante Sede Apostolica major pœnitentiarius, seu ejus officiales facere et expedire possunt quæcunque ad forum conscientie pertinent. Ideo absolvi seu absolvi mandare in dicto conscientie foro possunt ab iis quoque censuris, a quibus alias vivente Pontifice adempta etiam majori pœnitentiario, et Pœnitentiariæ officio absolvi facultas reperitur. (30. Hac tamen lege, quod in hujusmodi censuris, ad tempus duntaxat, et cum reincidentia in eadem, servatis alias servandis, absolutio concedatur; ita ut qui fuerint absoluti, ad novum Pontificem intra terminum pro locorum distantia definiendum, recurrere pro eadem causa teneantur: (31. Neque liceat pœnitentiario majori, ejusque officialibus præfinitum terminum post Pontificis electionem ampliare vel prorogare. *Benedict. XIV*, tom. I, constitut. 95, incip. *Pastor bonus* 151, qui, § 52 ad 55 prosequitur declarare facultates sede vacante majori pœnitentiario competentes, ibi § 52: « Præterea concedimus, ut si quando aliquod gravius animæ periculum imminet, cui celeriter occurrendum videatur, re in signatura diligenter examinata, et majori quoque Pœnitentiario, si in conclavi degat pro materiæ gravitate consulto, et approbante, dispensare, aut dispensari mandare pro eodem foro conscientie valeant, super quibus, alias vivente Pontifice, inhibita sit majori pœnitentiario, et pœnitentiariæ dispensandi facultas; ita tamen, ut oratores, sicuti superius dictum est, ad novum Pontificem post ejus electionem similiter debeant recurrere, aliisque appositis clausulis pro casus natura necessariis et opportunis.

(32. « Pro foro vero externo, eadem Sede Apostolica vacante, eorum officium penitus conquiescat, ita ut a quibuscunque matrimonialibus, et aliis dispensationibus, et absolutionibus, ac declarationibus, nec non quibusvis aliis expeditionibus forum fori mistim vel separatim quomodolibet respicientibus omnino abstineant.

(33. « Attamen concedimus, ut dicta Sede vacante pro foro externo facere et expedire valeant, quæ ad regularium et præsertim apostatarum et fugitivorum remedium, in superioribus facultatibus concessa sunt. Nec non ut monialibus confessarios extra ordinem valeant deputare, si eos ex aliqua rationabili causa petierint, pro eorum libitu

## SEDES, SCAMNA.

## SUMMARIUM.

1. Sedes episcopi in choro existens debet esse quasi fixa et immobilis. — 2. Sedes episcopi in

inter approbatos ab ordinario ad audiendas monialium confessiones, eligendos.

(34. « Et demum ut illos, qui in aliquam censuram sedi Apostolicæ reservatam, etiam ob violatam ecclesiasticam libertatem, vel Immunitatem publice incurserint, vel incurrisse declarati fuerint, et vere, ac sincere pœnitentes, et novi Pontificis, ad quem post electionem recurrere debent, mandatis obtemperare parati, beneficium absolutionis sibi ulterius non differri enixe deprecentur, absolvi cum reincidentia, quemadmodum in superioribus dictum est, vel absolvi mandare possint.»

(35. Vacante Sede Apostolica, processio generalis corporis Christi celebrari debet apud Vaticanam Basilicam. Idem constitut. 12, incip. *Pastoralis sollicitudinis*, § 3, ubi § sequent. præscribit etiam Riturum, quo ibi celebranda est dicta processio.

## ADDITIONES EX ALIENA MANU.

(36. Magna olim quæstio fuit, an parochiæ per assecutionem incompatibilium beneficiorum vacatæ, Pontificia Sede vacante, vel ante vacatæ, sed ex secuta interim ejusdem Pontificiæ Sedis vacatione non collatæ, possint ab ordinariis conferri, *vigore*, cap. *Si Apostolica*, De præbend. in 6.

(37. Ratio autem dubitandi inde oriebatur, quod Bonifacius VIII, in dicto cap. *Si Apostolica*, potestatem tantum fecit ordinariis conferendi parochias, quæ vacabant in curia, et ex Sedis Pontificiæ vacatione nequiverunt conferri.

(38. Prævaluit nihilominus affirmativa opinio, ex ratione illa, quod si Bonifacius VIII, facultatem dedit ordinariis conferendi mox dictas parochias obnoxias dictæ reservationi in corpore juris clausæ, multo sane magis facultatem dedit conferendi parochias obnoxias alteri huic reservationi inductæ ab extravagantibus, et Regula 1 *Cancellariæ*, quæ utpote non clausa in corpore juris, longe minor est. (39. Accedit quod Bonifacius VIII providere intellexit salutem animarum, ne ex diutina Sedis Pontificiæ vacatione proprio pastore diu careant. (40. Hæc autem ratio urget, quæcunque sit reservatio parochiæ. *Vide* celebrem decisionem Rotæ, in *Commen. parochialis* 11 Maii 1731, coram feliciter regnante Summo Pontifice inter impressas, dec. 16.

(41. Et quod hic non est silentio prætereundum, Rota hanc affirmativam opinionem tenet, licet agatur de parochia habente decretum, quod de ea tali pacto vacata, *per Sedem Apostolicam tantum disponi possit*: (42. propterea quod ex hoc decreto non emergit nova reservatio, sed eadem per extravagantes et Regulam 1 *Cancellariæ* inducta.

choro existens quomodo ornanda? — 5. Sedes episcopi, et chorus canonicorum debent reduci ad formam cæremonialis. — 4. Sedes episcopi in ec-

clesia exempta, in qua abbas usum mitræ habens, etiam habet sedem, quomodo collocanda? — 5. Sedes abbatis seu prioris habentis usum mitræ et baculi quomodo locanda? — 6. Sedes abbatis exempti etiam in ecclesiis suæ jurisdictioni subjectis debet esse inferior sedi episcopi. — 7. Sedes dignitatum absentium non debent occupari ab aliis dignitatibus, sed unaquæque debet in proprio stallo permanere. — 8. Gubernatoris civitatis sedes qualis, quando vadit ad concionem? — 9. Sedes laicorum etiam præfectorum non sunt locandæ in presbyterio apud altare. — 10. Sedes, scamna et loca in ecclesiis sæcularibus moderari debent arbitrio episcopi. — 11. Sedes pro audienda concione quomodo aptari debeat? — 12. Sedes esse non debent in Ecclesia extra tempus concionum. — 13. Maxime si sint occasio scandali. — 14. Nisi sint

(1. Sedes episcopi in choro existentis debet esse quasi fixa et immobilis, juxta dispositionem libri cæremonialis in tit. *De sedibus episcopi*. Ita sacra congregat. Rit., in *Colimbrien*. 23 Maii 1603.

(2. Sedes episcopi in choro existentis ornanda est serico vel alia materia coloris congruentis tempori, juxta regulam libri cæremonialis d. tit. *De sedibus episcopi*; in eadem sacr. congreg. Rit., in *d. Colimbrien*.

(3. Sedes episcopi et chorus canonicorum, si fieri potest, debent reduci ad formam libri cæremonialis. Sacra congregatio Rit., in *Granat*. 9 Maii 1609.

(4. Sedes episcopi in Ecclesia exempta, ubi abbas usum mitræ habens, etiam sedem tenet, quando illuc accedit, est in cornu dextro chori sive Ecclesiæ collocanda uno gradu eminentiori cum ornato congruo et situ aliquatenus superiori respectu sedis abbatis, quæ in sinistro ponenda est uno gradu humilior absque ornato et loco aliquatenus inferiori, adeo ut non sit opposita sedi episcopali. Sacra congregat. Rit., in *Alexandrina S. Petri in Bergolio* 7 Februarii 1604.

(5. Sedes abbatis seu prioris habentis usum mitræ et baculi debet collocari in cornu Evangelii in plano presbyterii cum duobus tantum gradibus parvis, et sine ullo suppedaneo suggestu lapideo vel ligneo, ac sine baldachino desuper, sed cum postergali tantum ex aliquo panno vel serico levi, sine auro, coloris convenientis solemnitati. Sacra congregatio Rit., in *Neapolitana* 18 Martii 1617.

(6. Sedes abbatis exempti etiam in Ecclesiis suæ jurisdictioni subjectis debet esse inferior Sede episcopi. Sacra congregat. Rit., in *Aquilana* 18 Martii 1617.

(7. Sedes dignitatum absentium non debent occupari ab aliis dignitatibus seu canonicis, sed unaquæque dignitas in proprio stallo permanere debet; sedes vero absentis vacua esse debet. Sacra congregat. Rit., in *Capuana* 12 Martii 1618, et in *Placentina* 25 Maii 1632.

(8. Sedes gubernatoris civitatis, quando audit concionem simul cum episcopo, debet esse apud episcopum, quæ non sit major, nec pulchrior sede ipsius episcopi, et neutra sit coloris rubri. Sacra congregat. Rit., in *Perusina* 3 Octobris 1615.

lapideæ, vel etiam ligneæ parietibus adhærentes. — 15. In removendis vel alterandis sedibus non debent permitti novitates. — 16. Sedes possunt a dominis ornari. — 17. Et eis etiam inscriptio, vel aliud signum apponi. — 18. Est removenda sedes adeo altari vicina, ut celebrantem impediatur. — 19. Regularium superiores non possunt remove sedes a loco solito, nisi cum circumspectione, maxime si spectent ad magistratum. — 20. Debent tamen sollicite attendere, ne in suis ecclesiis occasione sedilium, et scamnorum rumores, et scandala oriantur. — 21. In Ecclesia de jureparonatus laicorum non potest episcopus concedere jus retinendi sedilia invito patrono. — 22. Genuflectoria honorifica retineri possunt a dominis loci in ecclesia. — 23. Alia ad rem, ad n. 28. Subnectuntur *Addit. Casinenses, ibid.*

(9. Sedes laicorum, veluti præfecti seu locumtenentis non sunt locandæ in presbyterio apud altare. Sacra congregat. Rit., in *Egitanien*. 10 Junii 1602, in respons. ad 6 dub.

(10. Sedes, scamna et loca in ecclesia sæculari moderari debent arbitrio episcopi. Sacra congregat. Rit., in *Ventimilien*. 10 Decemb. 1604, in respons. ad 3 dub. Episcopus enim est absolutus arbitri illa moderandi et removendi, præsertim quando sunt causa rumoris, et impediunt functiones ecclesiasticas, ut sæpe sæpius resolvit sacra congregat. Episcop., apud Nicol., in *Floscul.*, verb. *Ecclesia*, n. 11, et nuper in *Narnien. terræ Carbi* 8 Maii 1693, in *Fundana* 5 Octobris 1697, et in *Verulana* 6 Septembris 1698, apud Monacell., part. 1, tit. 5, formul. 8, n. 4.

(11. Sedes pro audienda concione ita debent aptari, ut aliis retro stantibus ad visum prædicatoris non officiant. Sacra congregat. Rit., in *Faventina* 11 Aprilis 1601.

(12. Sedes non debent esse in ecclesia extra tempus concionum. Sacra congregat. Episcop., in *Januen*. 7 Aprilis 1583. (13. Maxime si sint occasio scandali. Ead. sacr. congregat. Episcop., in *Cirentina* 24 Septemb. 1583. (14. Nisi sint lapideæ vel etiam ligneæ parietibus adhærentes. Eadem sacra congregatio Episcop., in *Sarzan*. 21 Novembris 1600, et 28 Febr. 1601.

(15. In removendis et alternandis sedibus non debent permitti novitates. Sacra congregat. Episcop., in *Cirentina* 4 Junii 1602, et in *Ferentina* 8 Decembris 1645.

(16. Sedes possunt a dominis ornari. Sacra congregat. Episcop., in *Andrien*. 25 Octobris 1602. (17. Et eis etiam inscriptio vel aliud signum apponi. Ead. sacra congregat. Episcop. 14 Januar. 1603.

(18. Est removenda sedes adeo altari vicina, ut celebrantem non impediatur. Sacra congregat. Episcop., in *nullius castri Durantis* 10 Novembris 1623.

(19. Regularium superiores non possunt remove sedes a loco solito, nisi cum circumspectione, maxime si spectent ad magistratum. Sacra congregat. Episcop. et Regul., in *Assisien*. 22 Martii 1603. Debent tamen superiores regularium sollicite attendere, ne in suis ecclesiis occasione sedilium et scamnorum, rumores et scandala

orientur, et in casibus procedere debent juxta occurrentes circumstantias, sicuti in similibus contingentibus procedere debent episcopi pro ipsis impediendis in suis ecclesiis sæcularibus, ut recte advertit Mattheuce., *Officialis curiæ*, cap. 12, num. 18 in fine.

(21. In ecclesia de jure patronatus laicorum non potest episcopus concedere jus retinendi sedilia invito patrono. Rota, in *Taurin.* 26 Februar. 1666, coram Decano, apud Panimol., decis. 1, adnot. 15, n. 29. V. *Addit. Cas.* in fine h. articuli.

(22. Genuflectoria honorifica retineri possunt a dominis loci in ecclesia. Panimol., *loc. cit.*, n. 34, cum aliis ibi citatis.

(23. Alia ad rem. Vide verb. *ABBAS*, n. 31, § 2 et 3, et verb. *ECCLESIA*, art. 5, a n. 7 ad 27.

ADDITIONES EX ALIENA MANU.

De scamnis in ecclesiis frequentes sunt controversiæ, latius propterea esset de iis agendum. Sed limites additionum cogunt, ut vix pauca hæc adnotemus.

(24. Scamna in ecclesiis haud posse a laicis retineri ad sedendum, nisi cum licentia expressa aut tacita episcopi, vel ipsarum rectoris, juris est indubii. Frass., *De jure patron. Regul.*, tom. II, cap. 97, n. 12; Romaguer., *ad constit. synod. Gerund.*, lib. III, tit. 14, cap. 2, n. 1; Pilaia, *Dec. canon.*, lib. I, dec. 5, n. 22; Corsind., dec. 159, n. 9, part. III.

(25. Quæstionis vero est, an concessio usus scamnorum laicis ab eo, qui hac potestate pollet, jus aliquod quærat ipsi laicis pro tuitione hujus usus. Distinguendum est, num controversia sit cum altero laico, an cum episcopo vel rectore Ecclesiæ. Priori casu convenit inter omnes, posse laicos se trueri in usu illo, ut præter mox allegatos tradunt Manfrell., in *Observ.*, ad decis. 181; Capyc., *Lutr.* n. 1; Panimol., dec. 1, adnot. 15, n. 1 et 12; Sanfelice., dec. 331, n. 14; Calderin., *Dec. criminal.* 38, n. 19 et seq., tom. I.

(26. Posteriori vero casu rursus distinguendum debet, num episcopus vel rector ecclesiæ amovere scamna intendat sine ulla causa, vel ut illorum usum aliis concedat, an ita exigente necessitate ecclesiæ: (27. Amovere enim nequit scamna sine ulla causa, vel ut aliis concedat eorum usum; potest vero amovere ex necessitate ecclesiæ, sed debet, si fieri possit, eorum usum alio in loco illis ipsis concedere. Antonell., *De loc. legal.*, cap. 3, n. 68, lib. I; Lagunez, *De fructib.*, part. I, cap. 30, § 1, n. 38 et sequent., omnesque supra allegati.

(28. De concessione usus scamnorum in ecclesia, num ea personalis sit, an transeat ad hæredes, disquiri solet. Personalem vero esse tenent inter alios Loiseau, *Des seigneuries*, cap. 11, num. 60; Marechal, *Des droits honorifiques*, chap. 2. At consule et hos de aliis, quæ circa scamna emergere possunt, quæstionibus; quippe quia materiam funditus examinant.

ADDITIONES CASINENSES

(29. Ad uberiores, de qua agimus, materiæ explanationem, præstat, quæ sequuntur, exscribere ex clar. Panimolle, *Decis. for. Eccles.*, tom. I, decis. 1, adnotat. 15, n. 1 et seqq., in hæc verba:

(30. « Laici nullum jus, nullumque dominium habere possunt in ecclesiis, in sedibus vel scamnis aut stallis ad sedendum, invito episcopo, sed ejus gratia hoc jus permittitur. » Host., in cap. *Abolendæ*; Lambertin., *De jurepatr.*, lib. I, p. I, q. 11 princ., art. 15, n. 2; Genuensis, in *Prax. archiep.*, c. 33, n. 27, aliique apud eundem Panimolle, *ib.*

(31. « Item hoc verum esse, si a principio laicus vellet, invito episcopo, jus sedilium sibi vindicare vel acquirere, ut egregie tradit Giovagn... Secus si ab initio episcopus vel rector ecclesiæ concessit, vel toleravit, aut passus fuit, laicum habere sedile in ecclesia, nam hoc casu, si servitium ecclesiæ incommodum non patiat, non est privandus, sed manutenendus in sua quasi possessione, ita ut rector ecclesiæ nequeat hujusmodi sedile amovere; non tamen per hoc censetur, laicum acquisivisse dominium aut proprietatem in ecclesia, sed tantum usum. » Paris., cons. 149, n. 12; Gratian., discept. 110, n. 13, aliique, apud dict. Panimoll., *loc. cit.*, n. 2.

(32. « Siquidem etiam in ecclesia datur laicis pro conservatione suæ possessionis interdictum *uti possidentis*, et mandatum de manutenendo pro conservatione suæ possessionis tenendi scamna, stallum vel sedile, in ecclesia, seu in ejus aliquo loco eminentiori, et prout quisque possidet. » Gratian., *loc. cit.*, n. 16 et seqq.; Ciardin., *Controv. Forens.*, c. 119, n. 9; Rota, decis. 378, n. 1, part. II, recent. Apud eundem, num. 3.

(33. « Ulterius non solum datur actio injuriarum contra amoventem scamnum de loco, in quo laicus habet jus sedendi in digniori parte ecclesiæ, Gratian., discept. 110, n. 14, verum etiam existens in quasi possessione sedendi in superiori loco, et præcedendi in sedendo vel stando, potest etiam armata manu resistere ei, qui vult illum amovere, ejusque possessionem turbare. » Ciardin., *loc. et num. cit.*; Gratian., *cit. discept.* 110, n. 16 et seqq., apud prælaud. Panimoll., *ibid.*, n. 4.

(34. « Quæ quidem sedendi, et stalli, seu sedis jus retinendi in ecclesia acquiritur etiam per unicum actum. » Menoch., consil. 226, n. 6; abbas, in c. *Cum ecclesia Sutrina*; Gratian. et Ciardin., *locis cit. ib.*, n. 9. Quod tamen intellige quoad ipsos laicos contententes de loco eminentiori non quoad effectum acquirendi jus stalli in eccles. V. *infra*, num. 41\*.

(35. « Dummodo tamen hujusmodi actus fuerit factus animo acquirendi hujusmodi possessionem, et per se talis sit, ut aptus et sufficiens reddatur ad eandem acquirendam, secus autem si jure familiaritatis emanasse dignoscatur. » *ib.*, n. 6.

(36. « Unde, quando agitur inter plures patronos de loco, stalli, et juris sedendi pertinentia contententes, ad effectum manutentionis sufficit unicus actus et ultimus status attenditur. » Ciardin., *Controv. forens.*, cap. 119, n. 53. Apud dict. Panim. n. 7.

(37. « Maxime si non agatur de dominio aliquis rei, sed tantum de jure sedendi et usu stalli, cujus juris laici sunt capaces, et in tali usu et jure sedendi in ecclesia possunt manuteneri. » Gratian., discept. 110, n. 14; Ciarl., *l. c.*, n. 54, *ib.*, n. 8.

(38. « Etenim, sicut ex gratia laicis conceditur jus habendi capellam, sepulturam, seu jus funerandi; et jus patronatus ad beneficia: .... Ita ex gratia laicis conceditur jus retinendi scamna, sedilia, banchas et scabella in ecclesia, ad similitudinem juris patronatus, cujus quasi naturam obtinet, et ejusdem fere juris et prærogativæ censetur. » N. 7 et 10.

(39. « Unde postquam gratia concessa fuit, licet quoad dominium nemo possit dicere, *iste locus est meus*, quantum tamen ad usum bene potest dicere... ut eidem auferri nequeat dictum jus stalli, et sedis in eo (loco). » N. 11.

(40. « Neque ad effectum acquirendi hujusmodi jus requiritur expressus consensus episcopi, sed sufficit etiam tacitus, qui resultat, vel ex tolerantia ejusdem episcopi, vel ex eo, quod scamnum retineatur in loco patenti, et episcopus non contradixerit. » N. 12.

(41. « Quinimo ex cursu 30 annorum retentionis. Stalli in ecclesia præsumitur consensus superioris, et ejus beneplacitum. » N. 13.

(42. « Ex hujusmodi tamen beneplacito, vel ex eadem expressa concessione retinendi sedile in ecclesia, et juris in eo sedendi, non acquiritur jus irrevocabile, ita ut liberum non sit rectoribus tollere impedimenta ecclesiarum, et amovere subsellia, quando ecclesiæ necessitas seu servitium exigit; secus vero, si non tractatur de servitio ecclesiæ, nam hoc casu non potest rector tollere locum uni, et dare alteri; quia jus uni concessum retinendi in ecclesia sedilia ex gratia, quoad usum tribuit jus irrevocabile, et rector non potest illud tollere ad libitum, et in iis terminis intelligi debent constitutiones synodales disponentes, quod nullum jus irrevocabile acquiratur per concessionem sedilis in ecclesia, cum regulari debeant secundum dispositionem juris communis, ut tradit etiam Gratianus, discept. 947, n. 15, et discept. 972, n. 11. » *ib.*, n. 14.

(43. « Neque hoc jus morte dissolvitur, nisi constet, quod limitate concessum fuerit; sed transit ad quoscunque hæredes, etiam extraneos, sicut jus sepulcrorum... Et sicut jus patronatus, ad cujus similitudinem præfatum jus regulatur, est transitorium ad quoscunque hæredes extraneos... etiam ad feminas hæredes... ita etiam hoc jus

FERRAR. VII.

sedilium est transitorium, nedum ad quoscunque hæredes extraneos, sed etiam ad feminas hæredes, in quarum præcipue commoditatem deserviunt. » Ciardin., *Controv. forens.*, cap. 119, n. 4, et cap. 210, n. 26, idem, n. 16, 17, 18, 19.

(44. « Limita, si hoc jus esset gentilitium, et familiare, et non hæreditarium, nam tunc non est transitorium ad hæredes extraneos, sed solum ad eos de familia, etiamsi non sint hæredes defuncti. » N. 21.

(45. « Præsumitur tamen gentilitium vel familiare, si ipsi sedilibus reperiantur domus insignia impressa. » N. 22.

(46. « Si vero non appareat, qualiter fuerit concessum, præsumitur potius hæreditarium, quam gentilitium... Exstincta tamen familia, remanet transitorium ad hæredes quoque extraneos, sicut hoc casu jus patronatus gentilium efficitur hæreditarium, ejusque naturam assumit, et ad hæredes extraneos transire potest. » N. 23, 24.

(47. « Laicorum vero loca in ecclesia esse debent distincta a locis canonicorum et ministrorum in divinis inservientium. Sac. congregat. Rit., in *Elboren.* 8 Januar. 1605. » N. 26.

(48. « Et dum divina celebrantur, non debent laici inter canonicos, vel alios Ecclesiæ præbendatos in choro stare vel sedere. Sac. congregat. Rit., in *Compostellam* 4 Febr. 1600, et quod nec debeant occupare loca seu stalla dignitatum, et canonicorum, et præbendatum in presbyterio. Sac. congreg. Rit., in *Granaten.* 24 Octob. 1609. » N. 27, 28.

(49. « Quæres item, an patronus habeat jus prohibendi, ne alius in ecclesia patronali apponat scamnum?

(50. Negativa sententia verior videtur, nempe patronum non habere tale jus prohibendi. Quoniam patronus vigere jus patronatus non habet in ecclesia, nisi jus nominandi aut præsentandi rectorem, item jura honorifica et præeminentialia; ergo quoties per hujusmodi appositionem scamni salvantur illæ et intacta omnia jura eidem patrono competentia, non est, cur habere jus prohibendi prætendat, ne alteri in dicta ecclesia jus habendi scamnum, et sedendi concedatur. Rota, decis. 474, n. 7, part. XIX, tom. II, et decis. 123, n. 6, coram Dunoz., et decis. 145, n. 2, coram Greg. — Ita de Fargna, *De jure patronat.*, part. I, can. 4, cas. 7, n. 5.

(51. Salvis enim juribus honorificis patroni, et nullo hujus præjudicio existente, episcopus, aut rector ecclesiæ potest ibi aliis laicis non patronis distribuere loca ecclesiæ pro apponendis in eis scamnis. Nec huic assignationi et distributioni locorum ecclesiæ factæ per episcopum, aut rectorem se opponere posset patronus; quia, si in hujusmodi assignatione salvantur jura patronalia, quæcunque oppositio per patronum adducta, est irrationabilis, nec attendenda, ut bene Rota, in *Neapolitana constructionis ecclesiæ super secundo dubio* 26 Jun. 1711,

8

§ *Quibus omnibus coram R. P. D. Falconerio.* — De Fargna, *ib.*, n. 7, 8, 9.

(52. Nisi patronus in limine foundationis sibi reservasset jus prohibendi, ne ab aliis apponatur scamna; quo casu jus prohibendi competeret patrono, non ex vi patronatus, sed ex vi reservationis specialiter factæ de consensu episcopi in limine foundationis. Rota, decis. 475, n. 6, part. XIX, tom. IV, recentior., de Fargna, *loc. cit.*, n. 10.

(53. Bene verum, quod si apponeretur scamnum in eminentiori loco, aut magis ornatum, et nobilitatum, quam illud patroni « crederem patronum habere jus prohibendi, ne in sua ecclesia apponatur hujusmodi scamnum a persona extranea in eminentiori loco ecclesiæ, aut magis ornatum, et nobilitatum, aut altum præ cæteris... quia appositio et erectio scamni in eminentiori loco, aut magis ornati, nobilis et altioris illo patroni detrahit præeminentiæ et honori ejusdem patroni, qui primus in ecclesia patronata sedere debet, et præ cæteris sede nobiliori et altiori honorandus, et consequenter tanquam præjudicialis juribus honorificis patroni poterit per ipsum prohiberi. Lotter., *De re benefic.*, lib. II, q. 4, num. 2; Paris., consil. 149, num. 2, lib. IV; Gratian., *Discept.*, cap. 220, num. 40; Rota, decis. 163, nu. 19, p. 17, recent. et decis. 321, n. 2, *coram Cavalero*. » Ita de Fargna, *loc. cit.*, n. 12, 13.

(54. Atque hæc in animadversionem eorum quæ ab auctore hic *supra* n. 21, dicta sunt, notasse expediat; haud immorando decisioni rotali, *ibid.* allatæ, quippe ob peculiare circumstantias editæ, prout ex contextu prædictæ decisionis liquido patet. Si quidem agebatur de ecclesia angusta et in qua nunquam scamna apponi consueverant (50).

55. Laicis sanguinis nobilitate præful-

#### SEDITIO.

*Vide verb.* BELLUM, art. 1, num. 1, et *verb.* VIRTUS, num. 87.

#### SEDITIOSA PROPOSITIO.

*Vide verb.* PROPOSITIONES DAMNATÆ, num. 35.

#### SEMINARIUM.

##### SUMMARIUM.

1. Seminaria erigenda sunt in qualibet ecclesia

(50) Pitonius, *De controvers. patronor.*, allegat. 45, n. 9 et, allegat. 55, n. 49, utique tenet, quod, invito patrono, non possit rector ecclesiæ, vel etiam episcopus dare alteri licentiam apponendi, et retinendi scamnum in ecclesia patronata; atque ad id allegat decis. Rotæ, cujus Lucius noster numer. 21, meminit. Sed cum hujusmodi decisio ex circumstantiis particularibus, Pitonio ipso fatente, edita fuerit; et cæteroquin idem tribunal Rotæ luculenter firmaverit, nequaquam patronum habere tale jus prohibendi, ut hic *supra* videre est, hinc porro non est, cur in prædicti scriptoris sententiam descendere debeamus. Et revera, argumento ducto ab excavatione et concessionem juris sepulcri, si patronus non habet jus prohibendi, ne in ecclesia patronata excaventur sepulcra favore aliorum, licetumque sit ordinario, etiam absque ipsius consensu,

gentibus non solum permessa est retentio sedilis in ecclesia, sed illud ex postulando denegari non valet, quemadmodum sane liquet ex cæremoniali episcoporum lib. I, cap. 13, in quo conceduntur hujusmodi sedes nobilibus atque illustribus viris, dummodo extra chorum vel presbyterium collocentur, ibi: « Sedes autem pro nobilibus atque illustribus viris laicis plus minusve pro ejusque dignitate et gradu ornatas decet extra chorum et presbyterium collocari, juxta sacrorum canonum præscriptum, laudabilisque antiquæ disciplinæ documenta, jam inde ab exordiis Christianæ religionis introductæ, ac longe observata. » De Fargna, *l. c.*, part. VI, cas. 1, n. 4.

(56. « Tolli (vero) debet abusus dandi in ecclesia sedes altas ad sedendum, et cussinos ad genuflectendum vilibus personis, quibus non debentur, præsertim mulieribus, 1596. Castro, 16 Sept. » Nicolius, in *Floscul.*, v. *Ecclesia*, n. 14.

(57. Porro et illud notandum quod « si inter laicos oriatur differentia super jure sedendi in potiori loco vel alio in ecclesia, hoc casu episcopus tantum est judex competens, et non judex sæcularis, cum ecclesia sit extra ejus jurisdictionem, et solius episcopi territorium dicatur, ad notata per Abbat. et Host. in cap. penult. *De sepulturis*; Roc. de curte, in *Tract. jurispatr.*, vers. in *Eccles.*, n. 10. . . » Sic Panimolle, *Decis. for. Eccles.*, part. I, decis. 1, adnotat. 1, n. 10, in cit. oper.

(58. Tandem scias oportet sedilia adesse non posse in ecclesia ita collocata, ut sedentes vertant terga ad SS. sacramentum, et alia indecora oriatur contra constitutionem Pii V, editam an. 1536. Rota recent., decis. 411, num. 2, part. II. — Ita, in *Compendio decis. S. Rot. R.* v. *Sedere, Sedilia, Sedes.*

metropolitana cathedrali et abbatali habente proprium territorium, et in eis tenendi sunt clerici et beneplacito concedere alteri facultatem excavandi sepulcrum in ejusmodi ecclesia. De Fargna, *De jurepatronat.*, part. I, can. 4, cas. 8, n. 5, idque quidem jure merito.

Et ut habet Murga, *De sepult.*, tract. 5, disquisit. 5, n. 2: « Nullum præjudicium patrono infertur ex constructione sepulcri in ecclesia patronata; ergo absque illius consensu, potest illud construi: » Firmatumque fuit per Rotam, in *Burgen. juris sedendi*, decis. 474, n. 4 et seqq. part. XIX, tom. II, recent. apud præd. Pitonius, cit. allegat. 54, n. 49, nec ipse *ibidem* dissentit. Si hæc quidem ita se habent quoad excavationem sepulcri non videmus, cur affirmative pronuntiandum non sit quoad appositionem et retentionem sedilium in ecclesia patronata, utut patronus repugnare velit.

adolescentes.—2. Si non possit erigi seminarium in qualibet cathedrali, debent erigi duo, vel unum saltem in provincia per synodum provinciam, et debent aliæ ecclesiæ concurrere ad expensas.—3. Seminaria plura fieri possunt in diocesi ampla; omnia tamen ab eo, quod est in cathedrali dependere debent.—4. Seminarium censetur vere et formaliter erectum quoties alumni in aliqua etiam domo conducta collegialiter vivunt, et juxta formam concilii inibi erudiuntur.—5. Seminarium erigi non potest in ædibus canonicalibus, nisi de consensu canonicorum, et ita separatim, ut presbyteri vel clerici nullam communicationem habeant cum seminaristis.—6. Pueri alendi in seminario sumptibus illius, sunt filii pauperum bonæ indolis.—7. Possunt tamen in seminario etiam teneri et erudiri filii divitum, sed sumptibus propriis.—8. Pueri in seminario recipiendi cujus ætatis, et qualitatis esse debeant?—9. Pro administratione et regimine seminarii faciendæ sunt tres species deputatorum seu consultorum, et assignantur, ad num. 17.—18. Pro expensis erectionis et manutentionis seminarii applicandi sunt eo ipso eidem seminario redditus omnes, ac bona omnia, quæ ad instituendos vel alendos pueros sunt in aliquibus ecclesiis et locis piis destinata, etc.—19. Ubi supradicti redditus non habentur, seu non sufficiunt, debet episcopus primo ex ejus episcopali mensa ratam fructuum seminario contribuere, et postea suo exemplo capitulum, et cæteros beneficiatos ad id pro rata compellere, ad num. 59.—60. Quamvis possit, imo teneatur episcopus unire seminario beneficia aliquot simplicia, non potest tamen unire beneficia simplicia jurispatronatus, sive laicalis, sive ecclesiastici, vel alia pertinentia ad inferiorem collatorem et electorem sine consensu patronorum.—61. Neque seminario uniri possunt beneficia reservata post vacationem.—62.—Neque seminario uniri possunt canonice collegiarum ecclesiarum, quamvis ex consuetudine non obligent ad residentiam.—63. Item neque seminario uniri possunt beneficia curata nequidem habitu tantum.—64. Neque seminario uniri possunt beneficia regularia, sive dentur in titulum,

(1. Seminaria erigenda sunt in qualibet ecclesia metropolitana vel cathedrali, et in eis tenendi et erudiendi sunt clerici adolescentes. Concilium *Trid.*, sess. XXIII, *De reform.*, c. 18. Et etiam erigenda sunt in ecclesiis abbatalibus habentibus proprium territorium privative quoad episcopos. Sic declarasse sacram congregat. Concilii testatur ex aliis Ventriglia, part. II, adnotat. 29, § unic., num. 2.

(2. Si non possit erigi seminarium in omni cathedrali, debent erigi duo, vel unum saltem in provincia per synodum provinciam, et debent aliæ ecclesiæ concurrere ad expensas. Concil. *Trid.*, cit. cap. 18.

(3. Seminaria plura fieri possunt in diocesi ampla, omnia tamen ab eo, quod est in cathedrali, dependere debent. Concil. *Trid.*, cit. cap. 18.

(4. Seminarium censetur vere et formaliter erectum, quoties alumni in aliqua etiam domo conducta collegialiter vivunt, et juxta formam concilii inibi erudiuntur. Rota, *coram Coccino*, decis. 1365, n. 1; Garcia, *De benefic.*, part. XII, cap. 2, n. 194 et 196; Lotter., *De re benefic.*, lib. II, cap. 29; Ventriglia, part. II, adnot. 29, § unic., n. 42;

sive in commendam; secus tamen si statum mutaverint.—65. Neque seminario uniri possunt abbatia, prioratus et monasteria consistorialia, seu beneficia quovis modo auctoritate Apostolica commendata et obtenta, seu obtinenda per S. R. E. cardinales, seu veros et proprios Papæ familiares, nuntios Apostolicos et secretarios congregationum, quibus iidem S. R. E. cardinales intersunt.—66. Nec valet unio facta seminario omnium beneficiorum simplicium.—67. Episcopus singulis annis, præsentibus quatuor deputatis, tenetur exigere rationem reddituum seminarii ab administratoribus.—68. Bona stabilia seminarii non possunt ultra triennium locari; nec eadem bona cum aliis bonis in evidentem Ecclesiæ utilitatem permutari. Nec sterilia et inculta in Emphiteusim ad tertiam generationem concedi sine beneplacito Apostolico.—69. Seminarium auctoritate episcopi erectum gaudet immunitate ecclesiastica, ita ut reus ad illud confugiens non possit extrahi.—70. Seminarium est immune a tributis, et aliis sæcularibus muneribus extraordinariis; nec gabellarii possunt diminuere rectori et magistro seminarii consuetam franchitiam farinæ.—71. Seminarii clerici debent in publicis processionibus primi incedere ante clerum sæcularem, ac relinquere locum digniorem curatis.—72. Seminarii clerici non præcedunt canonicis collegiatis.—73. Seminarium non est membrum Ecclesiæ cathedralis, licet in ea clerici seminarii officent.—74. Pro erectione seminarii cogitur quis vendere rem suam, sicuti etiam pro ampliatione domus seminarii.—75. Adducuntur hic ad rem varia decreta, prout ad litteram referuntur a Pignatello usque ad n. 177.—178. Supradicta decreta, et omnia supra exposita moderanda sunt, et intelligenda juxta novissimam constitutionem Benedicti XIII.—179. Afferuntur ad litteram dicta constitutio.—180. Insuper ad complementum afferuntur hic instructiones, quæ mandata dicti Benedicti XIII, emanarunt circa taxam seminariorum, quæ transmissa fuit ad episcopos Italiae, et insularum adjacentium, una cum hac Encyclica epistola, ad num. 181.—182. Alia ad rem, ad n. 201.

Monacell., part. I, tit. 12, n. 2, et alii passim.

(5. Seminarium erigi non potest in ædibus canonicorum, nisi de consensu canonicorum, et ita separatim, ut presbyteri vel clerici nullam communicationem habeant cum seminaristis: Sacra congreg. Episcop., in *Mutinen.* 3 Febr. 1604.

(6. Pueri alendi in seminario sumptibus illius, sunt filii pauperum bonæ indolis, qui spem bonæ expectationis præferant. Concil. *Tridentin.*, cit. cap. 18.

(7. Possunt tamen in seminario etiam teneri et erudiri filii divitum, sed sumptibus propriis. Concil. *Trident.*, cit. cap. 18.

(8. Pueri in seminario recipiendi debent esse ex legitimo matrimonio nati, et ad minus ætatis annorum duodecim, qui sciunt legere et scribere competenter; tonsura statim, atque habitu clericali semper utantur; discant grammaticam, cantum, ecclesiasticum computum, aliasque bonas artes, sacram Scripturam, doctrinam confessionum audiendarum, sacramentorum ministrandorum, rituum et cæremoniarum, omni die missæ inservant, omni mense contiteantur et communicent, diebus festis